

## ACTA OFFICIORUM

## PONTIFICIA COMMISSIO

## AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

## RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Em̄i Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

## I. -- DE ECCLESIAE CONSECRATIONE

D. An vi canonis 323 Abbas *nullius*, caractere episcopali carens, ecclesiam in alieno territorio valide consecrare possit ex eiusdem Ordinarii licentia.

R. *Negative.*

## II. -- DE SUBSTITUTIONE CHORALI

D. An sub nomine *Canonici* vel *Beneficarii*, de quibus in canone 419 §1, veniant eorundem coadiutores.

R. *Negative.*

## III. -- DE CONSULTORIBUS DIOECESANIS

D. An sub nomine *Sacerdotes*, de quibus in canone 423, veniant etiam Religiosi vel Religiosi saecularizati.

R. *Negative.*

Datum Romae, ex Civitate Vaticana, die 29 mensis Ianuarii 1931.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius.*